



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Archdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter
accommodatæ ...

De Controversijs Polemicis, & Scholasticis, etiam modernis

Archdekin, Richard

Antverpiæ, 1682

Summa Privilegii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40853

FACULTAS R.P. PROVINCIALIS.

Ego infraſcriptus Præpoſitus Provincialis Provinciæ Flandro-Belgiæ Societatis Jeſu, ex poteſtate mihi facta à R. Patre noſtro Joanne Paulo Oliva ejuſdem Societatis Præpoſito Generali, concedo facultatem D. Michaeli Knobbario Typographo Antverpienſi, imprimendi Librum cui titulus. *Theologia Tripartita &c. compoſitum à R.P. Richardo Arſdekin ejuſdem Societatis ſacre Theologiæ Profefſore, & à Deputatis Societatis noſtræ Theologiſ examinatum, & approbatum. In quorum fidem has propriâ manu ſubſcriptas, & officii mei ſigillo munitas dedi Antverpiæ, 2. Octobris 1677.*

Ignatius Dietins.

APPROBATIO CENSORIS.

Liber cui Titulus eſt. *Theologia Tripartita &c. à R. P. Richardo Arſdekin Societatis Jeſu ſacre Theologiæ Profefſore compoſitus, continet non ſolidè tantum & orthodoxè. ſed admodum clarè & nervoſè per totum, illud cujuſ argumentum proponit non obſcurè in principio; ut proindè typis iteratis ad communem tam Miſſionariorum quàm aliorum paſſim utilitatem merito evulgetur. Ita, attenta lectione præviâ, iudico infraſcriptus Librorum Cenſor, nil dubius, quin Opus hoc, notabiliter jam auctum atque emendatum, futurum omnino ſit ex voto plurimorum. Author de cetero, quantâcunq; Scientiâ præditus, ſuam hic modeſtiam religioſam ſingulariter probat, pariter & integritatem: etenim ſollicita cum moderatione cohibet à ſcriptione acerba calumum, charitati non minus quam veritati conſecratum. Faxit omnipotens & miſericors Deus, ut ille laboris fructus in ſtudioſo Lectore, quos ſperavit, reporter abundanter: deſiderio huic innixus, dabam præſentem perlubenter cenſuram, Antverpiæ 5. Octobris, 1677.*

Antonius Hoefflach Eccleſiæ Cathedralis
Canonicus Graduatus.

SUMMA PRIVILEGII.

Caroli II. Hiſpaniarum & Indiarum &c Regis Catholici, ac Sereniſſimi Belgarum Principis auctoritate cautum eſt, ne quis Librum cui titulus, *Theologia Tripartita, ſive Reſolutiones polemicæ &c. qui prodit auctior & emendatior, Authore R. P. Richardo Arſdekin Soc. Jeſu Sacre Theologiæ profefſore. præter voluntatem Michaelis Knobbaert Typographi, in totum vel in partem proximo novennio intra has ditiones inferioris Germaniæ recudere audeat, vel alibi recuſum in eas inferre aut divendere. Qui ſecus faxit præter exemplarium conſiſcationem, gravi pœna mulctabitur; uti latius patet in Litteris datus Bruxellæ, 20. Auguſti 1677.*

Signat.

Loyens.

PARS